Scriptura continet omnia quæ ad Salutem ſunt neceſſaria.

…nus cœleſte datum mortalibus ægris,
…igne Deo Liber! ô veſtris da fontibus, ora
…atque explere ſitim, da dulcia vitæ
… & æterno manantia gaudia rivo
…, ut veſtris natas de fontibus undas
…s demum laudes grato ore refundam.
…ntis Paradiſus amœnis undique vernans
…, pleno quas volvit plurimus alveo
…rata rigans multo cœleſtia melle.
…in auratis ſedem ſapientia ramis
…tem poſuit, medio quà fulget in horto
… verique Arbos, umbramque micantem
… divino floreſcens virga Metallo.
…& ſacros, mortales, carpite fructus,
…ſecuri reddentia poma ſalubres
…æ ſuccos, ſecuri carpite, non hîc
…um latet auratâ ſub cortice virus;
…rtà Vitæ æterno viret Arbor honore
…dia quæ celſo de vertice fundit
…rore Dei paſta & vitalibus undis.
…s gladius precioſos igne minaci
…fructus, cuſtoditve aurea mala
… ipſa autem demiſſis annuit ultro
…& nos Vita vocat ſeque omnibus offert.
…velut ingr…meris quæ lucet conſita ſtellis
…ta via, & candore notabilis ipſo
…ris gemmis & ſtrato tramite clamas,
…ad ſummi magnum Penetrale Tonantis.
…ſus ſcutumque & tota Panoplia ſacræ
…, hæc nobis donavit cœlitùs arma
…dypeum informans unum omnia contra
…Deus; contra Satanam, Satanæq; cohortes,
…& te, Romane Pater, licèt arduus, audax,
…verba tuens, & bruta anathemata vibrans
…de rupe tones; nihil illa moramur (tum eſt
…, Cur poſtquam arma Dei ad cœleſtia ven-
…mur, primo & glacies ſeu futilis ictu
…ra; I nunc cœloque indicito bellum
…nibus armatus, vaniſque Legendis
…e quas corraſit, in unum & farſit acervum
…mus; hâc ſolâ quoniam ratione probari
…, illa poteſt Eccleſia, quòd ſua natis
…& effætæ deliramenta ſenectæ
…it, totum & fabellis ſemper inhærens
…gloria, iners abſumat anilibus ævum.

Leges Eccleſiaſticæ circa Adiaphora latæ obligant.

REgina, quicquid ſanxeris, Eccleſia,
Fixum ratumque permanet,
Et obligandi vim, & coërcendi Tuo
Derivat ex arbitrio.
Quodcunque mandas & quocunque me vocas
Te, Diva, Te ſequor Ducem.
Rituſque ſacros, & decoro publicas
Preces fluentes ordine,
Veſteſque puris albicantes linteis
Mentiſque candori pares;
Geſtuſque pulcros & modeſtos corporis
Amare nunquam deſtiti.
Autoritas ſed veſtra quando acceſſerit
Non tantum amo illa, ſed & colo.
At is faceſſat hinc, faceſſat ſordidum
Ad uſque Lemanni lacum,
Aut Belgicis cænoſa de paludibus
Et fœda potet pocula,
Quemcunque tenet hæc pervicax inſania
His ut reſiſtat ritibus
Quoniam jubentur; conſcientia ſuâ
Vetante juſſa Eccleſiæ;
At illa delicata Conſcientia,
Tenella Conſcientia,
Non turbulentis infeſtare motibus
Eccleſiam Chriſti vetat;
Non illa conſtitutis à Deo vetat
Potentiis reſiſtere;
Vetat genu curvare, candidis vetat
Ornare corpus veſtibus,
Immobilis, ſevera, inexorabilis,
Tenaxque conſcientia;
Permittit iſta, bella, cædes, ſanguinem,
Leviora nempe crimina;
Manſueta derepente, mollis, flexilis
Faciliſque Conſcientia.

…1678. In Veſp. *Comit.* Reſp. *Guil. Broughton, pro gradu* S.T.D.T.C.